

Cum vero nos in tali fine puritatis vel  
caritatis impediunt libere relinque .  
Non enim ita debemus insistere lecti-  
onem vel meditacionem ut cum caritas ex-  
egerit non nisi cum murmure et tristi-  
cia eam relinquamus incurrentes sic  
tristitia vel alterius vici impuritatem  
appter quam extirpada sacra lectio  
vel meditatio fuerat arripienda . Nec  
in talibus exercitiis ita ex toto debe-  
mus esse fixi sicut in fine . sed quando  
caritas exigit vel obedientia . humilitate  
ad tempus non ad semper deserere .  
Quae enim secundum Bernardum pro  
caritate sunt instituta contra carita-  
tem non debent militare .

**T**De tribus ascensionibus contra  
tres descensus premissos iterum redu-  
centibus ad locum rectitudinis .

Capl. xi.

c iiiij

**N**unc de ascensionibus quibus as-  
cendere et redire debeas restat  
subsequenter dicere. Audisti autem prius  
quod tribus descensionibus quasi tribus  
longissimis dietis a loco in quo te do-  
minus posuit recessisti. ita nihilominus  
tribus ascensionibus illuc necesse est  
te redire. Prima autem ascensio ipsa est  
qua ascendis iterum ad cor tuum. Longe  
enim egressus es a corde tuo per peccata  
nec potes spirituali exercitatio in corde  
perficere nisi redeas ad cor. Unde prophetat  
amonet. Redite purificatores ad cor.  
Secunda ascensio cum iam ad cor redieris.  
ascendas de corde impuro per concupis-  
cias ad cor purum. et huiusmodi ascen-  
sio est puritas cordis et caritas et trans-  
fit contra secundum descendit. Tertia as-  
censio equidem ipsa est in corde. qua vi-  
delicet ascendis contra mordimatas af-  
fectiones innatas ab adam vel iam in

olitas a teipso et hēc p̄incipalius ordi  
nari potest contra primū descensum e  
**De prima ascensione contra pecca  
tum mortale. et de tribus gradibus  
huius ascensionis. et de contricōne.**

**"Capl. xii.**

**N**unc igitur surge et sursum ascē  
de. incipe ad cor tuum p̄gere.  
Sicut autē peccatum mortale triplici  
descensu cōpleuisti. Nam auersus es  
a creatore tuo p̄ supbiam in qua est  
formalis ratiō peccati. cōuersus es ad  
creatūrā p̄ delectacionem. ac deinde  
per opacōnes contra legem diuinaz  
dei tui transgressus es preceptū. ita  
tribus gradibus oportet te cōtrario  
ascendere. Primo ut auertas cor tuū  
a creaturis et a peccatis. et habeas  
quādam cordis firmā auersionem et  
firmū quoddaz p̄positum deo tuo ser  
uendi et nunq̄ te creaturis p̄ illicitā